



SUPERSTITIONEM

SINE EXCEPTIONE ESSE NOXIAM,

DISPUTATIUNCULA

A

NONNULLIS STEPHANEI ALUMNIS

PROXIME DISCESSURIS

DIE VIII FEBR. MDCCXC. HOR. X

H A B E N D A

AD FIRMABUNT RESPONDENTES:

GODOFREDUS FRIDERICUS GOMPF.

GEORGIUS FRIDERICUS GERLOF.

AD OPPONENDUM PARATI SUNT:

JOANNES CHRISTOPHORUS MOESER.

JOANNES FRIDERICUS BESSER.

JOANNES ANDREAS WOLDMANN.

GOTFLOB FRIDERICUS WILHELMUS POMME.

JOANNES FRIDERICUS CAROLUS AUGUSTUS STEGMANN.

JUSTUS FRIDERICUS HENRICUS KRUSE.

JOANNES CHRISTOPHORUS LUDOVICUS NIEMEYER.

Halberstadii, Litteris Delianis.

19

SUPERSTITIONEM
SINE EXCEPTIONE ESSE NOXIAM.

T H E S E S.

I.

Naturam vario modo intelligimus. Sive enim complèxum rerum creatarum, sive strictiori sensu rerum terrestrium; sive denique *vim cuique rei insitam* ita dicimus. Postremam in primis h. l. significationem sequimur.

II.

Naturalia igitur sunt, quæ cum viribus cuique rei insitis conveniunt; *supranaturalia*, quæ illas superant.

III.

Hinc *naturalia naturales* & *causas* & *effecius* hobeant necesse est.

IV.

Quæ qui explicare didicit, ei scientiam rerum *physicam* tribuimus.

V.

Qui autem effectibus naturalibus explicandis causas supranaturales adhibet, aut a causis naturalibus effectus supranaturales exspectat, eum *superstitionis* arguimus.

VI.

Hujus *origo* igitur est in *ignoratione causarum effectuumque naturalium*, quibus perperam supranaturales substituantur.

VII.

Igitur in superstitione semper *error* inest; *omnis* autem error *noxius*: ergo *omnis superstitio noxia*.

VIII.

Superstitiosus veras rerum causas præterit, falsis adhæret: ergo rem, quam sibi explicare videtur, non explicat.

IX.

Superstitiosus veros rerum effectus ignorat, falsos exspectat: ergo illos non sequitur; hi, quos sequitur, nulli sunt.

X.

Ergo, si ex præceptis opinionibus agit, adversus naturam; ergo perverse agit. Qui autem sic agit, aut finem suum non consequitur, aut adeo verum damnum sibi infligit.

XI.

Quod superstitioso, quatenus superstitiosus est, cum aliter nunquam accidere possit: *superstitio sine exceptione noxia est.*

XII.

Si tale quid melius illi succedit, ratione ipsius casu fit, & natura propriis suis viribus errorem ejus emendat.

XIII.

Unica autem superstitionis corrigendæ ratio est melior naturæ rerum cognitio.






ULB Halle

3

005 505 992







Farbkarte #13

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

B.I.G.

SUPERSTITIONEM
EXCEPTIONE ESSE NOXIAM,

DISPUTATIUNCULA

ANNULLIS STEPHANEI ALUMNIS
PROXIME DISCESSURIS
DIE VIII FEBR. MDCCXC. HOR. X
HABENDA

AD FIRMABUNT RESPONDENTES:

GODOFREDUS FRIDERICUS GOMPF.
GEORGIUS FRIDERICUS GERLOF.

AD OPPONENDUM PARATI SUNT:

JOANNES CHRISTOPHORUS MOESER.
JOANNES FRIDERICUS BESSER.
JOANNES ANDREAS WOLDMANN.
GOTTFLOB FRIDERICUS WILHELMUS POMME.
JOANNES FRIDERICUS CAROLUS AUGUSTUS STEGMANN.
JUSTUS FRIDERICUS HENRICUS KRUSE.
JOANNES CHRISTOPHORUS LUDOVICUS NIEMEYER.

Halberstadii, Litteris Delianis.

